

extrinsecū puta minor numerus testium etc. Et ex modernis doc. Gwil. de eum tenet cū glo. in l. fi. C. de codicillis licet dy. et alij tenent strariū in l. patronus. §. si paganus. ff. de iniusto rupto te stamento. Nec ponit baldus de parufio in quodam consilio.

**C**odex est quilibet liber qui continet in se diuersos libros parciales et hoc generaliter. Sed proprie est liber qui continet diuersa precepta imperatorum. Unde ante tempus iustiniiani erant tres codices scilicet gregorianus. hermogonianus. et theodosianus. et multe constitutiones extra illos deuagantes preterea duo pene milia librorum et tredecies centena milia versuum. Videns igitur iustinianus tunc legum multitudinem voluit circa hoc adhibere remedium salubre. Primo direxit animū suū ad imperiales constitutiones. et de istis tribus codicibus extra uagantibus fecit fieri unū codicem quē suo felice nomine nūcupauit codicem iustiniiani. Deinde direxit animū ad immensa veteris iuris volumina et de illis duobus pene milibus librorum et tredecies centenis milibus versuum fecit fieri librū digestorum seu pandectarum quē diuisit in quinquaginta libros parciales. et in tres integrales. scilicet ff. vetus. infortiatus. et ff. nouū. Postea pro iuuenibus et legum tyronibus fecit librū institutionum scilicet mediocrem eruditōis pro quēum quasi per pontem iuuenes ad legum subtiliora et altiora puenirent.

**C**oetanei sunt homines paris etatis secundum ysa.

**C**ognatio legalis secundum hosti. e. ti. Est quedam proximitas pueniens ex adoptione vel arrogatione. ut nota in rubrica eiusdem tituli.

**C**ognatio spiritualis est proximitas vel attinentia quae puenit ex sacramenti datione vel ad sacramentū recipiendum attestatione vel tentione. Unde ex cognatione spirituali que in baptismo contrahitur nouem proximitates nascuntur. Prima filiatio inter sacerdotē baptisantem et baptisatū. Secunda paternitas inter sacerdotē et patrem baptisati. Tercia maternitas inter eundem et matrem baptisati. Quarta inter filios sacerdotis et baptisatū scilicet fraternitas. xxx. q. i. homines et. q. iij. ita diligere. Quinta filiatio inter baptisatū et suscipientē de baptismo. Sexta filiatio inter eundem et uxorem suscipientis. Septima fraternitas inter baptisatū et filios suscipientis. Octaua paternitas inter suscipientē et patrem suscepti. Nona maternitas inter eundem et matrem pueri ut. xxx. q. iij. pro.

**C**ognatio sanguine uxoris est cognatio cum sanguinea uxoris. **C**ognati. Res agnati. Et habet post agnatos quae cognati per femineū sexū. §. agnati pro masculinū diuersi sunt hoc tamen hodie modicum curat. Sed an agnatus presumat scire factū cognati vide legem octauū gradus. ff. vñ cognati et. c. quosdam de prescrip. pro hoc.